1. GVIDO CAVALCANTES	2. DANTES	3. IOANNES BOCCATIVS	4. FRANCISCVS PETRARCHA	5. ANGELVS POLITIANVS	6. MARSILIVS FICINVS

1
GVIDO CAVALCANTES.
Iſte Caualcantûm præclara eſt gloria Stirpis
Guido, quem adornauit multa Minerua virum.
Hunc quoq; cum reliquis duxit Florentia florem,
Artibus ingenuis florida, & ingeniis.

2
DANTES.
Talis eram, Dantes: qui de me plura requiris,
Hoc nomen longi Carminis inſtar habe.

DANTE.
Io ſon quel Dante. che volete anchora?
Se m'il mio nome ſolo en tutto il mondo
Par mia ſcienza & ingegno profondo
Piu ch'ogni lode, & ogni rima honora.

3
IOAN. BOCCATIVS.
Tu quoque ſic vultus olim, ſic ora gerebas,
Boccati, & quantum potuit manus æmula nobis
Exhibuiſſe tui, tantum hac ſub imagine reddit.
Pars tamen illa tui præſtantior, vnde tibi omnis
Gloria, lausq; venit, nullos delenda per annos,
Quàm nitet illa tuis melius depicta libellis.

4
FRAN. PETRARCHA.
Quem tua dextra tenet librum, diuine Petrarcha,
Effigiem Lauræ cur gerit ille tuæ?
An tibi quod peperit, quantum per ſecula longa
Laudis ab æterna poſteritate feres?

5
ANGELVS POLITIANVS.
Quem iuxta Medicæ Poëta gentis
Spectanti tibi docta monſtrat ora,
Quis, rogas, fuerit? Politianus.
Sat eſt, nomen habes, quod eſſe noſti
Omni carmine, laudibusque maius.

6
MARSILIVS FICINVS.
Platonis ille interpres, ille inquam Plato
Ficinus, & ſi paruulo hoc clauſus loco,
Spectanda vix tibi ora, Lector, præbeat,
Tantus tamen per ora Doctorum volat,
Vix orbe vt vno claudier ſatis queat.

Nr. 93
Niedersächsisches Ministerium für Wissenschaft und Kultur
© HAUM http://kk.haum-bs.de/?id=cock-h-exc-ab3-0060
© Herzog Anton Ulrich-Museum Braunschweig